2. Flora 1) Botanische Zeitung Jahrgang 1802—1807; von 1808 bis 1817 ist nichts erschienen;

2) Flora 1818—1864. 47 Jahrgänge; in den 20 Jahrgängen 1818—1823, 1830—1833, 1837, 1842, 1843, 1847, 1848, 1851, 1852, 1856—1858 fehlen einzelne Nummern oder Tafeln; zusammen 25 Thlr. Nur die in Mehrzahl vorhandenen Jahrgänge können einzeln jeder zu 1 Thlr. geliefert werden, 1860—1864 jeder zu 2 Thlr.

3. Correspondenzblatt des zoologisch-mineralogischen Vereins in Regensburg Jahrgang 1—18. 1817—1864. 10 Thlr. Einzelne Jahrgänge, soweit sie vorräthig sind, 20 ngr. — Die Redaction sendet die monatlich erscheinenden Nummern gegen Vorausbezahlung von 2 fl. franco unter Streifband.

4. Abhandlungen des zool.-min. Vereins in Regensburg 1—9. 1849—1864. 5 Thlr.

Lecideae quaedam europaeae novae. Exponit W. Nylander.

In Florae anni 1864 numero 23 Pyrenocarpeos atque numero 31 Graphideos et Lecanoreos [1]) quosdam europaeos novos definivi. Novitias aliarum tribuum continuata expositione dare veniam petens, hic definitiones breves offerre vellem Lecidearum nuper detectarum et quae ante indescriptae distinguendae videntur. Inter Lecideas, genus fere maxime polytypum Lichenum sistentes, novas haud mirum est formas adhuc exploratoribus aliquando exhiberi, similiter ac in analogo Fungorum genere *Peziza* etiam frequentius accidit.

---

1) Ad Lecanoreos adhuc animadverti potest, *Pyrenopsin rufescentem* Nyl. esse sterilem *Lecanoram granatinam* Smmrf., Fellm. Lich. arct. n. 4. — *Arctomia delicatula* Th. Fr., quam etiam ad Onegam legit Kullhem, ad genus Pannariam pertinet, quantum video. — Ad Graphideos addi possit *Arthonia Onegensis* Nyl., cui thallus macula alba indeterminata vel subdeterminata indicatus; apothecia nigra vel fusco-nigra opaca subrugosa minuta (latit. circiter 0,2 millim.), sporae 8nae incolores ellipsoideae 5-septatae vel transversim 6-loculares et loculo 1 vel 2 sensu longitudinali divisae, longit. 0,023—27, crassit. 0,011—16 millim., thalamium incolor. Gelatina hymenea iodo amoene vinose violacea. Ad corticem Abietis prope lacum Onegam haecce *Arthonia* a praestantissimo Kullhem detecta fuit. — Inter Lecanoreos exoticos obiter memorem novum genus detectum fuisse in Angola a cl. Welwitsch; speciem unicam eo pertinentem vidi corticolam, quam dixi *Tremotylium Angolense*. Est quasi Thelotrema compositum et faciei Trypethelii.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05980-0005-0

2. Flora 1) Botanische Zeitung Jahrgang 1802—1807; von 1808 bis 1817 ist nichts erschienen;

2) Flora 1818—1864. 47 Jahrgänge; in den 20 Jahrgängen 1818—1823, 1830—1833, 1837, 1842, 1843, 1847, 1848, 1851, 1852, 1856—1858 fehlen einzelne Nummern oder Tafeln; zusammen 25 Thlr. Nur die in Mehrzahl vorhandenen Jahrgänge können einzeln jeder zu 1 Thlr. geliefert werden, 1860—1864 jeder zu 2 Thlr.

3. Correspondenzblatt des zoologisch-mineralogischen Vereins in Regensburg Jahrgang 1—18. 1817—1864. 10 Thlr. Einzelne Jahrgänge, soweit sie vorräthig sind, 20 ngr. — Die Redaction sendet die monatlich erscheinenden Nummern gegen Vorausbezahlung von 2 fl. franco unter Streifband.

4. Abhandlungen des zool.-min. Vereins in Regensburg 1—9. 1849—1864. 5 Thlr.

Lecideae quaedam europaeae novae. Exponit W. Nylander.

In Florae anni 1864 numero 23 Pyrenocarpeos atque numero 31 Graphideos et Lecanoreos [1]) quosdam europaeos novos definivi. Novitias aliarum tribuum continuata expositione dare veniam petens, hic definitiones breves offerre vellem Lecidearum nuper detectarum et quae ante indescriptae distinguendae videntur. Inter Lecideas, genus fere maxime polytypum Lichenum sistentes, novas haud mirum est formas adhuc exploratoribus aliquando exhiberi, similiter ac in analogo Fungorum genere *Peziza* etiam frequentius accidit.

---

1) Ad Lecanoreos adhuc animadverti potest, *Pyrenopsin rufescentem* Nyl. esse sterilem *Lecanoram granatinam* Smmrf., Fellm. Lich. arct. n. 4. — *Arctomia delicatula* Th. Fr., quam etiam ad Onegam legit Kullhem, ad genus Pannariam pertinet, quantum video. — Ad Graphideos addi possit *Arthonia Onegensis* Nyl., cui thallus macula alba indeterminata vel subdeterminata indicatus; apothecia nigra vel fusco-nigra opaca subrugosa minuta (latit. circiter 0,2 millim.), sporae 8nae incolores ellipsoideae 5-septatae vel transversim 6-loculares et loculo 1 vel 2 sensu longitudinali divisae, longit. 0,023—27, crassit. 0,011—16 millim., thalamium incolor. Gelatina hymenea iodo amoene vinose violacea. Ad corticem Abietis prope lacum Onegam haecce *Arthonia* a praestantissimo Kullhem detecta fuit. — Inter Lecanoreos exoticos obiter memorem novum genus detectum fuisse in Angola a cl. Welwitsch; speciem unicam eo pertinentem vidi corticolam, quam dixi *Tremotylium Angolense*. Est quasi Thelotrema compositum et faciei Trypethelii.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05980-0005-0

1. *Lecidea rhizobola* Nyl.

Thallus castaneofuscus vel lurido-fuscescens squamosus, squamis rigidis rotundatis vel rotundato-difformibus (latit. 4—7 millim.), margine crenatis, subtus pallidis vel albidis inaequalibus centroque longe radicatis; apothecia nigricantia mediocria, intus albido-pallida; sporae 8nae oblongo-ellipsoideae simplices, longit. 0,012—16, crassit. 0,006—7 millim., paraphyses haud bene discretae. Gelatina hymenea iodo vinose rubens.

In Ben Lawers Scotiae (Jones), supra terram alpinam, affinis *Lecideae globuliferae*, insignis squamis thallinis horizontalibus radice longa et divisa munitis.

2. *Lecidea phaeotera* Nyl.

Thallus fere ut in *L. uliginosa* Ach., fuscus; apothecia facie fere ut in *Leptogio muscicola* testaceo-rufescentia; sporae 8nae incolores ellipsoideae vel oblongo-ellipsoideae simplices, longit. 0,009—0,014, crassit. 0,005—6 millim., paraphyses distinctae mediocres apice haud obscuratae, hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo coerulescens, dein violacee tincta (etiam sic thecae).

In Lapponia orientali, Kletnie, legit supra muscos N. I. Fellman[1]).

3. *Lecidea cuprina* Nyl.

Apotheciis planis (cupreorufis), intus dilutioribus (pallescentibus) et thallo (albido, nonnihil virescente, sat tenui effuso, granulis minutis plus minus distinctis) differt ab affini *L. cuprea* Smmrf.

Prope Onegam lacum supra muscos (Kullhem).

4. *Lecidea epigena* Nyl.

Apotheciis (fusconigris basi vulgo pallescentibus) concaviusculis, sporis ovoideis 1-septatis distincta inter alias Peltigericolas.

Prope Koutajärvi in Lapponia orientali supra *Peltigeram caninam*.

5. *Lecidea epiphaea* Nyl.

Affinis *L. vernali*, sed mox distincta apotheciis bicoloribus

1) Hoc loco etiam citentur indescriptae *Lecidea aquilonia* Kphb., in Groenlandia lecta a Breutel, et *Lecidea Uralensis* Nyl. in hb. Acad. Petropol., illa prope *L. hilarescentem* Nyl., haec prope *L. uliginosam* locum habens. *L. subepulotica* Nyl. in hb. Tuck. etiam lecta in Islandia (Carroll).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05980-0006-6

(parte infera pallescente, supera rufescenti-fusca), sporis vulgo 12 in thecis, etc. Facie fere externa *Lecideae Tornoënsis* majoris.

Supra Hepaticas prope Ponoi in Lapponia orientali (Fellman Lich. arct. n. 157 [1]).

6. *Lecidea quintula* Nyl.

Thallus cinereovirescens tenuissimus opacus vel evanescens; apothecia fusconigra vel nigra opaca parvula (latit. circ. 0,3 millim.) convexiuscula; sporae incolores cylindraceo-oblongae 5-septatae, longit. 0,021—25, crassit. 0,005—6 millim., hypothecium fuscum, paraphyses haud discretae. Gelatina hymenea iodo coerulescens; dein obscurata.

Ad ramulos prope Brest lecta a cl. fratribus Crouan. Differt haec species a *A. trachona* Flot. jam sporis 5-septatis et majoribus [2]).

7. *Lecidea tylocarpa* Nyl.

Affinis *Lecideae sphaeroidi* Smmrf., sed apotheciis fuscis crassis planiusculis vel tuberculiformibus, paraphysibus discretis.

Supra muscos ad Ponoi in Lapponia orientali (N. I. Fellman).

8. *Lecidea substipitata* Nyl.

Thallus tenuissimus albus opacus obducens subleprosus; apothecia (fere ut in *Bacom. rufo*) carneo-fuscescentia substipitata, basi pallido-albida (saepius constricta et haud raro breviter stipitiformi). Sporae 3-septata.

Supra muscos et vegetabilia destructa prope Onegam (Kullhem).

9. *Lecidea epixanthoides* Nyl.

Facie fere *Lecideae querneae* Ach., apotheciis vero magis rufescentibus. Sporae oblongae 3-septatae, longit. 0,014—16, crassit. 0045 millim., hypothecium incolor.

---

1) ***Lecidea sarcodea*** Nyl. vix est nisi varietas ***Lecideae vernalis***, sed apothecia planiuscula (carneo-testacea, juniora obtuse marginata, demum planiuscula immarginata), sporae majores (longit. 0.018—34, crassit. 0,007—8 millim), paraphyses haud discretae. Supra muscos destructos in alpe Dovre Norvegiae (Kindberg).

2) Etiam *L. micromma* Nyl. affinis est ***trachonae***, cujus vix nisi forma sit *L. mesomela* Nyl. Ea differt a ***trachona*** colore apotheciorum sordide pallescente et iis intus solum centro nigricantibus; ad corticem ***Callunae vulgaris*** prope Brest (Crouan).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05980-0007-2

Ad corticem prope Onegam (Kullhem). Affinis *Lecideae sphaeroidi*.

10. *Lecidea lutcella* Nyl.

Thallus albus tenuissimus vel macula alba indicatus; apothecia lutea (pallido-lutescentia) parva marginata (vel submarginata, juvenilia gyalectoidea), intus incoloria; sporae 8nae oblongae vel oblongo-fusiformes 1-septatae, longit. 0,016—23, crassit. 0,006—7 millim., thecae apice saepius crasse solidae, paraphyses graciles.

Ad lapides calcareos in Hibernia (Jones). Post *L. crysiboidem* Nyl. locum habens.

11. *Lecidea apochroecella* Nyl.

Thallus albido-cinerascens obsoletus vel macula effusa indicatus; apothecia variicoloria (sordide rufescentia vel fuscescentia) parva (latit. 0,3 millim.) convexula; intus obscura; sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices, longit. 0,006—8, crassit. 0,003-4 millim., paraphyses haud discretae, hypothecium luteo-obscuratum. Gelatina hymenea iodo coerulescens (dein obscurata).

Ad lignum putridum prope urbem Borgoam in Finlandia meridionali (Th. Saelan). Facie *L. turgidulae* pallescentis.

12. *Lecidea variegatula* Nyl.

Thallus cervinus vel lurido-cervinus, areolatus vel areolato-squamulosus, sat tenuis, adnatus, hypothallo nigro parum visibili; apothecia nigra plana (latit. 0,5 millim.), tenuiter marginata; sporae 8nae incolores ellipsoideae vel oblongae, longit. 0,007—9, crassit. 0,0055—0,0035 millim., lamina tenuis hymenii et hypothecii coerulescens.

In Prussia, Kahlberg, supra lapillos calcareos (Ohlert).

13. *Lecidea secedens* Nyl.

Thallus obsoletus; apothecia quoad faciem externam et sectionem internam fere sicut in *L. fuscorubente* Nyl. [1]); sporae sicut in *L. nigritula* Nyl.

Ad lignum salicis prope Brest (Crouan).

---

1) Hoc loco animadvertam, *L. Dtapensiae* Th. Fr., Fellman Lich. arct. 146, pertinere ad stirpem *Lecideae sanguineoatrae*, quantum video.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05980-0008-7

14. *Lecidea intercalans* Nyl.

Thallus cervinus minute granulatus determinatus, hypothallus fuscus; apothecia sicut in *L. atroalba*, sed sporae minores (long. 0,014—20, crassit. 0,008—0,011 millim.).

Ad rupes graniticas in Lapponia, Kola (N. I. Fellman Lich. arct. 195).

15. *Lecidea epigaeella* Nyl.

Facie fere *Verrucariae epigaeae* Ach., sed minor et apotheciis crebrioribus (latit. 0,2 millim.); sporae 8nae incolores ovoideae 1-septatae (longit. 0,016—21, crassit. 0,008—0,011 millim.).

Supra terram in Lapponia orientali (N. I. Fellman).

16. *Lecidea superspàrsa* Nyl.

Apothecia parasitica nigra parva (latit. 0,25) marginata, intus alba; sporae 8nae incolores simplices ellipsoideae, longit. 0,010-11, crassit. 0,005 millim., epithecium coerulescens. Gelatina hymenea iodo coerulescens, dein vinose rubescens.

Parasitula *Lecanorae variae* var. *polytropae* (supra et circa apothecia ejus crescens) ad petrosilicem in silva Serre dicta montium Jurae gallicae (Millarde t).

17. *Lecidea subgrisea* Nyl.

Accedit ad *L. scotinam* Krb., sed thallum habet laeviorem cinerascentem (olivaceo-cinerascentem), apothecia intus obscuriora, hypothecium obscuratum, sporas crassiores (long. 0,010—13, crass. 0,006—7 millim.). Gelatina hymenea iodo vinose rubens (praecedente coerulescentia).

Ad calcem jurassicam prope Bagnères de Bigorre Pyrenaeorum (legit Larbalestier).

Ueber die Mechanik der Bewegungen des Protoplasma. Ein Vortrag in der botanischen Section der Versammlung deutscher Naturforscher im Herbst 1864 zu Giessen von W. Hofmeister.

Die Beachtung, welche die Bewegungserscheinungen des Protoplasma vor Allem deshalb verdienen, weil in ihnen der Vorgang der Gestaltung von Organismen in der anschaulichsten

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05980-0009-5

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1865

Band/Volume: 48

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Lecideae quaedam europaeae novae 3-7